UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

COLLA=||TIONVM SACRA-||RVM LIBRI VIII.

Bredenbach, Tilmann

Coloniae, 1584

VD16 B 7375

24. De Sisulpho, cui D. Martinus apparens exponit, cur infirmates, & hostium grassationes populum affligit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-52445

Visual Library

one ab ipſo Paſcaſio, in thermis apparente, p-
ſtulata, liberaretur.

*D. Gregorius Episcopus Turonen. libr. 2. ca.
40. miraculorum D. Martini. De Siſi-
pho, cui D. Martinus apparens, expo-
cur infirmitates, & hoſtium graſſation-
pulum affligant.*

CAP. XXIV.

SIſulphus ex Cinnomanicis pauperc-
dum in hortellum ſuum meridie obdo-
miuiſſet, neſcio quid nequitiæ perpe-
ſit. E ſomno autem exiliens, contractis i-
lam digitis cum magno dolore perpeſſus,
ſus ſoluitur in ſoporem. Et vidit per viſum
ecce vir ſtabat ante eum nigris veſtibus,
autem capite. Qui conuerſus ait: Quid
quit, in fletibus commoueris? Et ille: Ecce
nerabilis domine dum parũper obdorm-
cum dolore expergefactus opus manuum
arum perdidi, & neſcio quid ſceleris com-
ſi. Tunc vir, illi, tanquam diſcipulis dom-
de cœco nato. Quia neque ille peccauerat,
que parentes eius, ſed vt manifeſtaretur o-
Dei in illo, ait: Debilitas tua tormentum
cat populi delinquentis. Vade ergo nunc
vicos & caſtella, & ad ciuitatem vſque pe-
de, & prædica, vt ſe omnis homo à rapin-
vſuris abſtineat, & nullum opus in ſolen-
tibus myſticis agat. Ecce enim coram dom-
in lachrymis decumbemus, veniam pro p-
lo deprecantes, & adhuc ſpes eſt obtinendi,

ecce

emendatio ſequatur in plebe. Nam hoſtilitates, & infirmitates, & alia multa mala, quæ perfert populus, indignationem domini commonent. Et ideò nuncio velociter, vt ſe emendare ſtudeant, ne crudeliter in ſcelere ſuo pereant. Tu verò his peractis, quæ imperaui, Turonum ad baſilicam propera, ibique te viſitabo, & obtinebis apud dominum vt ſaneris. Cui ille, dic mihi, quæſo, domine, quis es, vel quod eſt nomen tuum? Cui vir, Ego ſum, inquit, Martinus ſacerdos Turonenſis. In his ſancti verbis pauper ſurrexit à ſomno, apprehenſoque bacello, iter imperatum aggreditur, & quæ ſibi fuerant imperata, populis nunciauit. Mēſe autem ſeptimo poſtquàm hæc acta ſunt, beatam baſilicam adijt, ibique proſtratus per triduum, quarta die à ſancti virtute viſitatus eſt. Iam enim computruerat in eo caro, vel nerui palmarum, qua de cauſa detinebatur. Et cùm digiti eius directi fuiſſent, ſanguis ab iiſdem erupit. Sed eis omnibus medicatis, ore ꝓprio quæ recolimus enarrauit.

D. Ambroſius Epiſcopus Mediolanen. in vita S. Agnetis virginis & martyris. Quomodo S. Agnes admirabili decore parentibus ad tumulum eius pernoctantibus, apparuerit: & Conſtantia regina in viſione admonita, ſanitatem priſtinam miraculoſè recuperauerit.

CAP. XXV.